

naui (4) cuius sum scribanus, legaliter et bona fide. Et omni ebdomada (5), usque dum nauis non fuerit caricata, concors ero cum socio meo scribano de omni eo quod scripsero in meo quaterno, et socius meus scribanus scripserit in suo (6), quod ponderatum et caricatum fuerit in ipsa naui, aut sine pondere positum (7) quod propter defectum statere ponderari non posset, uel quia aptum totum (8) non fuerit ponderandi. Et scribam in meo || quaterno omnia que meus socius scripserit in suo, A. 202* que michi dederit ad scribendum (9), que ipso presente ponderata fuerint uel caricata. Et dabo ei omnia que scripsero in meo quaterno, me presente ponderata uel caricata, similiter ad scribendum. Et nullas merces scribam in meo quaterno, uel socio meo scribere presentabo, nisi illas que ut dictum est ponderabuntur uel de concordia merchatoris et patroni in naui ponentur, que propter defectum statere minime ualeant ponderari, uel que apte omnes non fuerint ad ponderandum, sicut sunt (10) sal, mandule, ualania, granum, nuces et (11) nucelle, et res consimiles (12), pars quarum nichilominus debeat ponderari (13). Et cum merces caricabuntur et ponderabuntur, aut de concor || dia mercatoris et patroni A. 203 in naue ponentur, me uel socio meo presente, scribam in meo quaterno (14) nomen illius cuius merces fuerint, et signabo | signum illius quod erit in collo suo, aut fasce Q. 92*

(4) naue — (5) edomada — (6) omni quod in q. m. scriptum habebo, et quod socius meus in suo quaterno scriptum habuerit, et — (7) erit in ipsa naue, aut positum s. p. — (8) non posset p. uel quia totum conueniens — (9) Et i. q. m. s. o. q. s. m. scripta habebit in quaterno suo q. m. a. s. dabit, et — (10) fuerint et caricata scribam. Et nulla mercem scribam in quaterno meo uel dabo socio meo ad scribendum, nisi illa que, ut dictum est, fuerit pesata, uel de concordia patroni et merchatoris in naue fuerit posita, que non potuit pesari pro eo quod statera haberri non potuit uel que non fuit conueniens ad pesandum, sicut — (11) et *omesso*. — (12) consimiles — (13) quarum ponderari debeat — (14) et pesabuntur aut ponentur i. n. d. c. patroni et m. me p. uel s. m., scribam i. q. m. —